

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 109. Ingens Schisma Ecclesiæ Constantinopolitanæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

§. CIX.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1523.

*Ingens schisma Ecclesiæ Constan-  
tinopolitanae.*

Sub idem tempus in Ecclesia Constan-  
tinopolitana ob Patriarchatum in-<sup>Spond. ann.</sup>  
gens schisma exortum est: Cum enim <sup>ann. 1523</sup>  
Jeremias Patriarcha Theoleptis Joanni-<sup>num. 15.</sup>  
nensis Episcopi Successor Jerosolymam  
ad Sepulcrum Domini peregrinaretur,  
nonnulli ex Clericis, qui eidem infensi  
erant, illius absentia freti Joannicum  
Sozopolitanum Episcopum in Jeremiæ  
locum intrudi curarunt, ac quingentos  
cmnino aureos ultra solitum tributum  
dederunt, ut Sultanum Solimanum II.  
suis votis propitium redderent; unde  
Græcorum ambitio hoc tributum jam ad  
quatuor aureorum millia evexit. Ve-  
rum cum Jeremias Jerosolymis redux  
alterius intrusionem comperiisset, atque  
aliunde sibi compertum haberet, quod  
Joannicius nobilitati, & populo, nec  
non plurimis e Clero execrationi esset,  
ideo illum unacum omnibus iis, quo-  
rum suffragiis Thronum invaserat, ana-  
themate perstrinxit, dirisque devovit,  
hancque pœnam a tribus aliis Orienta-  
libus Patriarchis, qui ad eum convene-  
rant confirmari voluit: Igitur ejecto Jo-  
annicio Jeremias per potentes Ibraimi

A a 2

Bassæ

**Sacul. XVI** Bassæ amici sui favores Sedi restitutus  
A.C. 1523. est, ea tamen lege, ut quingentos illos  
 aureos, quos Joannicius addiderat, pen-  
 deret. Id cum Jeremias constanter re-  
 cussaret, & potius Patriarchatu abire  
 vellet, populus tributi augmentum  
 ejus loco solvere promittebat, & Je-  
 remiam cum ingenti gaudio in Throno  
 collocabat: Joannicius vero paulo post  
 excommunicationi immortuus ac in me-  
 dum tympani inflatus repertus est.

**Turcogræ-  
cia l. 2.**

### §. CX.

*Plurium Cardinalium obitus, ac præ-  
 primis Sedunensis, seu Matthæi  
 Schinneri.*

*Ciacpn. in* Numerantur hoc anno seu priori ad  
*Jul. II. t. 3.* finem vergente sex Cardinales fa-  
*p. 292.* tis functi. Inter eos primus est Mat-  
*Viciorel. ib.* thæus Schinner, seu Sheinner, qui ex  
*Paul. Jov.* antiquissima atque illustri familia in Va-  
*in elog.* sia a priscis Zmitweg dicta ortum duxit,  
*Franc. Aug.* ab Eccles. in dein is Nicolao Schiner ejusdem Patruo  
*hist. Ped.* Sedunensem Ecclesiam tenenti subroga-  
*Aubery vies* batur, eratque Præful inter præclaris-  
*des Cardi-* simos ævi sui Viros facile princeps,  
*naux.* magna rerum humanarum prudentia  
 præditus, nullo labore fractus, ac Sedis  
 Apostolicæ necnon Imperii obsequio ad-  
 dictissimus, Gallis vero valde infensus,  
 ut supra perspeximus: Unde Franciscus  
 l.